

perfectiones ei aptentur Itaq; qui dixerunt qd plura
liras ita est tantum ex parte intellectus nostris, aut eis
factum, quodammodo verum dixerunt, & quo-
dammodo non. Si enim hoc referatur ad causam
multiplicationis, sic verum dicunt, quod sit ex parte
intellectus nostris, atque effectum quodammodo, pu-
ta iu eo, qud intellectus noster non potest acci-
pere diuina perfectionem vna concepcione, sed plu-
ribus: cuius una ratio est, quia affectus est adcre-
ta. Si vero referatur ad modum, quo ita ratione
Deo attribuuntur, falsum dicunt. Non enim ex hoc,
quod Deus facit bona, aut per modum bonorum se
habet, bonus est, sed quoniam bonus est, bona facit.
& alia eius bonitatem participado, ad modum eius
se habent. Unde si nullam creaturam fecisset, aut fa-
cturus esset, nihilominus in se talis esset, ut posset ne-
re considerari, secundum omnes istas concep-
tiones, quas nunc habet intellectus noster ipsum consi-

Thomas
in summa.
1.p.q. 13.
ar 7.

Rabbi
Moses.

Rabbi
Moses.

Anicenna

Thomas.

Petrus.

derando, & sic patet quartum. Hec Thomas in Scripto. Porro in prima parte Summa sua, questione 13, ait: Quidam dixerunt quod nomina qua affirmatur, & absolute de Deo dicuntur, magis inveniuntur ad remonendum aliquid ab eo, quam ad aliquid ponendum in ipso. Et hoc Rabbi Moyis ponit. Alij dixerunt, quod nomina ista imposita sunt ad significantium habitudinem Dei ad creaturam, ut cum dicimus, Deus est bonus, sensus sit, Deus est causa bonitatis in rebus. Quorum vtrunque inconveniens esse videatur. Hec in Summa. Itaque opinionem quam in Scripto ascribit Rabbi Moyis, & Aucinena, in Summa ascribit Rabbi Moyis tantum, quantum ad primam partem opinionis illius, quod s. Ialua negatius de Deo dicuntur, ad remonendum aliquid ab eodem. Aliam vero partem opinionis illius forsitan insinuat esse Aucinena. scilicet totam ascribit ambobus, reddendam singula singulis. Ambas quoque opiniones, quas p[ro]ferunt, & aliorum vera positioni concordat in Scripto, reprobant absolute in Summa. Erratio nabilis ac verius esse puto, quam quod circa hoc inducit in Scripto.

Präterea in Summa contra gentiles libro 1. de his hinc inde plura differunt, sicut conponit praedictus. **H**is quoque omnino concordant, que scribitur Petrus, Ratio, inquit, ens proprium dicitur in recto, que per nomen aliquam rei vel per eius distinctionem significatur. Illud autem neceps est ab intellectu preconcepiti, a quo nomen imponitur. Huiusmodi vero conceptio, tripliciter fit. Aliquantum enim ratione fundatur super rem, ita quod intellectus accipit rei similitudinem, ut ratio similitudinem hominis. Aliquantum ratione fundatur super intellectum, ut ratio chimera. Interdum partim super rem, & partim super intellectum, ut ratio vniuersitatis, quod fundatum primum habet super similitudinem essentialem inuidiuorum, & fundatum proximum super intellectum considerante aliquid, in pluribus quasi unum, quod tandem realiter est in illis plurifica. **E**tiam unitas ipsius vniuersitatis fundatur super essentialem similitudinem inuidiuorum, & compleetur formaliter in intellectu, qui a multis similitudinibus incipiens, tendit in unum. Sed multiplicatas attributiorum fundatur super viam simplicem diuinam esse perfectionem, & compleetur in intellectu, sicutque incipit ab uno simplici perfectio, & terminatur ad multa ratione. Dico ergo, quod ratio qua differentia attributa divina, partim fundatur super rem, partim super intellectum. Super rem quidem, quia in Deo (cum sit perfectissimus) est naturaliter veritas omnium pertinet ratione, sed ex vi rationis, per medium omnium pertinet ratione, sed ex vi rationis.

plicem qui excedit nostræ intelligentiæ modum. Super intellectum vero, quoniam intellectus noster imperfectus est, & creaturam speciebus immixtus, in quibus haec sunt diuersa secundum rem. Ide modus omnis divina perfectionis, qui in Deo sunt, non potest sub una similitudine apprehendere, sed sub diuersis, sicut, & creature diuersimodè participant esse diuinum. Sic ergo causatur hec rationum attributionum diuersitas partim ex re, quia in Deo, verisimiliter est universalis perfectio, que in sua simplicitate non potest nunc in nostrum cadere intellectum: & partim ex intellectu, qui ea, quae in Deo sunt, non potens sub similitudine una accipere, format de vna re diuersitatem conceptum. Ipsa ergo multitudine rationum, in intellectu est nostro: sed causa verifications multitudinis huic, in re ipsa: quemadmodum econtrafari vntas ipsius vniuersitatis intellectu conficit, sed causa verifications vntatis istius in singularibus est. Haec Petrus.

¶ Insuper Richardus his concordans: In diuinā, ait, efflentis est attributior pluralitas secundum rationem. Pro cuius intelligentia declarandum est primo, quid importetur nomine diuinorum attributorum. Secundō, quid sit differentia secundum rationem. Tertio, quomodo differunt attributa secundum rationem per comparationem ad intellectū creatūm. Quartō, qualiter per comparationem ad intellectū diuinū.

¶ Pro primo sciendum, quod diuina attributa sunt superexcellentes perfectionem existentiam in generibus rerum creaturarum, quarum qualiter simpliciter loquendo melius est habere per modum in trinice re, quam non haberet fuit vita, sapientia, bonitas, potentia. Hinc quamvis in Deo sint superexcellentes perfectiones omnium rerum, non tamen omnia nomina significantia illas perfectiones, propriè predicamus de Deo. Non enim dicimus quod Deus sit aurum, aut lapis, nisi translatine. Dicuntur autem superexcellentes illa perfectiones, attributa diuina essentie, non quia primo, ac plenius sint ille perfectiones in creaturis, quam in Deo, immo econtraferat est; sed quia tales perfectiones attributum diuina essentie, predicando eas de ipsa,

Pro secundo scidendum, quod differentia secundum rem, est qua sequitur rem secundum esse suum reale quod habet in actu: & differentia secundum rationem, est qua non conatur rem nisi in quantum est intellectus, sive positus est in actu realis, & actualis existentes, siue non. Quoniam ergo attributa secundum suum esse reale, quod realizat habent in Deo, differentia nulla conatur, ut patet, ideo dico quod in Deo non differunt secundum rem: quia ramen in quantum sunt intellectus, conatur ea differentia quodam, dico quod differunt differentia, quia est secundum rationem, & pure est differentia secundum rationem: quoniam sicut attributa in Deo existentiam realem non habent diversam, ita habere non possunt differentiam seu pluralem rem.

Pro tertio agnoscendum, quod ista pluralitas rationum contingit ex hoc, quod res qua Deus est, nostrum superat intellectum: et hinc partim ex parte Dei propter plenitudinem sua perfectionis, partim ex imperfectione nostrae intellectus, sicut expressum est.

¶ Quantum ad quartum, dicendum q̄ illa attributa in Deo sunt vnum re, & rationes eorum secundū quod in Deo sunt p̄ modū rei intrinsecꝝ, sunt vnu in re: sed rationes eorum secundum quod ad intel- lectibus